



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniæ, 1656

§. 276. Iesum quæritis Nazarenum crucifixum. v. 6.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45533

quia stupor & paucor impediunt intellectum, & ignotæ personæ qualitas non habet credibilitatem.

O iuuenis, quisquis es, siue homo, qui iuuemili in ætate defunctus olim, iam resurrexeris cum Christo, siue spiritus angelicus, indutus figuram corporis humani, tu valde apposite & congruenter modo Angelorum bonorum agis cum his fœminis. nam ita & Gabriel egit cum B. V. Maria, & aliis cum suis clientibus; ideo honoro te sit à Deo missum & ordinatum, quia habes signa bonæ credentiae, & bene fecerunt mulieres illæ si tibi crediderunt, accedentibus cœteris credibilitatis signis.

§. 276. Iesum queritis Nazarenum crucifixum. v. 6.

Pergit iuuenis fortiore ratione mulierum aufferre timorem & facere credibilia quæ dicet, 1. quia aperit eis adhuc secretiora cordis sui, nempe intentionem propter quam venissent istuc. 2. nominat suauiter ipsum Nomen Iesu. 3. eiusdem qualitates ipsis bene horas exponit.

Deus meus glorifico te, quod ita ordinasti, ut nemo in hoc mundo possit decipi in Religionis vel diuinis negotijs, nisi qui sponte eligit errorem. nam si quis inculpabiliter ob ætatem vel intelligendi exilitatem decipitur non est ei peccatum, sed error, si vero adulta ætate & latu maturo iudicio polleat, fraudes impostorum aduertere semper potest. si ad credentiae signa aduertat, quæ tuus propheta vel Apostolus, vel Angelus vel Euangelista vel Doctor vel Propheta apportat. Si à Deo missum se esse ordinaria via, per successionem legitimam ab Apostolis; vel extraordinaria via, per miracula non probat, iam lupum tenes ouina pelle intectum. Volunt igitur serio scire protestantes, ansint in vera religione examinent literas credentiales missionis Lutheri & Caluini. Si hoc no[n]tunt, iam manifeste decipi volunt, quia volunt audire Prophetam, qui eis coquit placentas cordis.

§. 277. Surrexit non est hic. v. 8.

Cum literas vel signa credentiae suæ aperuisset iste eximius & amabilis iuuenis, statim propositionem facit ad quam erat ordinatus vel delegatus. *Iesus Naz. Crucifixus surrexit, non est hinc deportatus, vel profundius de sepultus, nec exustus, nec putrefactus, fecit vii qui dormiuit, erexit se sua insitavi, & ne putetis quod se transformauerit, in iuuenem, & sit ego, addo, non est hic vii ego & vos estis hic præsentia locali.*

Deus meus gratias ago tibi quod reuelasti per iuuenem istum te resurrexisse, & magis, quod simul confutaueris vbiquistas Lutheranos Wittebergicos &c. qui post mille quingentos annos erant venturi in mundum intentientes te per gloriam habere corpus vbique præsens, sicuti est diuini-

Aa

ras